C... ...l.

...ph: Antistes Carmeliticus h.c. Beatus. Andreas Corsinus. Crac. 1651.

...andare conatur.

§. 92.

Religionis turbatio in criminale delic-
...abit, si ea publicum scandalum datur,
...uctio subsecuta aut commune pericu-
... conjunctum fuerit.

§. 93.

Delictum hoc criminale duro ab uno
...e ad quinque annos, pro ratione vero
...ris malitiæ ac pericu[illegible] ad decem etiam
... prorogando carcere vindicator.

§. 94.

ANTISTES CARMELITICVS

HOC EST

BEATISSIMVS

ANDREAS CORSINVS,

EPISCOPVS FESVLANVS ORDINIS CARMELITARVM;

In Solennè suæ festiuitatis obseruatione, Oratoriè celebratus.

Fris Valeriani Jurkowski

Per Fr. ANDREAM ALPHONSVM WIRZBIcki eiusdem Sacri Ordinis, Philosophiæ Auditorem.

Cum licentia Superiorum.

CRACOVIAE,
In Officina Valeriani Piatkowski, Anno 1651.

In Stemma

IN STEMMA.



Stemmata quid longo deducant ſanguine Myſtę?
Summus ait Myſtes, ſanguis et ara Dei,
Sum qui ſur[illegible]

Illustr: ac Rendiss: Domino,

D. ALBERTO

DE LIPNIK

LIPNICKI,

Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ

EPISCOPO LAODICENSI,

Suffraganeo, Officiali, Canonico, nec non Vicario in Spiritualibus, Cracouien.

Dño & Patrono Obseruandiss.

Retrogradus beneficiorum genius est, ad suos semper recurrunt auctores, et eisdem, à quibus dantur reddi volunt; non absimile hîc passu processum est Illustr: ac Reuerendissime D. cum cliens deuotaquè Tuę Reuereń: Dñi nostra Carmelitica Religio, de tot beneficiorum concessione sibi conscia, in me minima sui parte gratitudinem prętendendo, literalem deuouet operam; nusquam gratius ad presentiam Reuerendissimę D. asstitura, quàm cùm de serie Beatarum Mentium, velut de Auditorio Joanneę Apocalypseos, Seniorum, Superioris Indigenatûs, Anteambulonem, prędmittit Cœlicolam, non quidem adeò me pro-

pit

pitio tinctum Apolline censeo, quasi ad satietatem iudicij Reuerend: D. veluti nouus Hercules, rediuiuos Ariadnes, Beatißimum per singula vitę ipsius circumagendo ... ta, totum ob oculos sistere pręsumam, quoad tamen et pietatis opus, et Suadę tenuioris robur, potest, Beatissimum in panegyrim actum, sub tutelam et Titulum Jllustr: D. dedo; non congrua quibusquè obtutibus materies, quę talem Religiosi nostri declarat hypotiposim, qualem Illustr. D. benequè ei supparem in Chierarchica Ecclesia, degere vitam consueuisti; et maiora licet Illustriß: Dñaonem decerent, tamen leue vocalis Musę pensum, de genu potius, quàm ore facundo obsecundum, grato amplexabitur animo. Habe itaquè vniuersam Religionem nostram, pro diuturna felicitatis Suę perennitate, ex intima animi apprecatione Vota texentem; Habe submißam obsequiorum, omnium et singulorum, declarationem.

Illustr: Dn̄is Tuæ

deuotissimus

F. Andr: Alphonsus Wirzbicki.

PANEGYRICVS

In laudem Beatiſsimi

ANDREÆ CORSINI

Epiſcopi Feſulani Ordinis Carmelit.

A. R. O. &c. &c.

EXvſu eſt magnalia quęq́; exequẽti DEO, in ſecretos à promiſcuo multitudinis cõgreſſu abire receſſ⁹, & ſubter cælũ porrectos, è lõginquo à vulgarib⁹ animis diſſitos, cõſcendere montes. A.N. Subueretur credo Diuina Maieſtas ne minùs emineat, quo magis ad publicos cum ſecretò facinore prominet vſus, & hâc ipsâ vulgi viciniâ dum euulgatur, euileſcat. Itaq́; ab æterno ſtatim quieſcere quadantenus in ſuprema diuinitatis ſuę Maieſtate videbatur, tandem egreſſus quaſi à ſe,

ad hæc extranea omnipotẽtem proferens pedem, altissimam suę residentiæ desuper elocauit Metropolim, & inaccessibiles velut ære fusos exædificauit cælos; quocunq; etiam diuinos, in visibili orbis superficie inter mortales egit passus, quidquid tandem in sublunari terræ circumferentia negotij habuit, toties vilioris commercium subterfugiebat plebis, suorumq; exercitia operum quantũuis à cætera secernebat multitudine. Sic veteris Testamenti conditor Deus primigenias leges, & recentia iurisdictionis in Filios Israël decreta, non per quasuis manus circũduci, nec licentiosè arbitrario cuiusuis nutu attrectari siuit; sed destinato vnius satellitio honorem tutatus suum, obseruationem sancitorum ad omnes, communionem sui ad vnum, in monte Sinai, in rubo ardẽte, extendit Moysen: & calamitosam æquè ac salutiferam naturæ humanæ expediendo scenam, in monte Caluarię, à tumultuante exemptus Hebræo, inter binos vnius & alterius lateris assistentes latrones, vniuersum redemptionis consumauit opus. Illud satis

mira-

mirari non possum recens & grandius aliquod in monte Carmelo Patrantis Dei miraculum, cum Beatissimi sui ANDREÆ in Sacro Carmeliticæ nostræ Religionis recessu, in loco Eliaci deserti, & secreto à communione sæculi conuentu, singularem operatus sit virtutem, & cælicam sanctimoniam; quasi verò non satis esset, cuiusdã Diuini, in Beatiss: eius anima, expediendi secreti, ipsamet sub cælos euocatę Religionis Marianę Celsitudo, etiam opportuit ad eminentius Præsuleæ, Fesulanę Vrbis, dignitatis fastigium ordinare Beatissimum, quò latiùs radiantem in orbem vniuersum virtutum suarum effunderet splendorem, altissimaq; admirationis ecstasi excipiendum omnibus proponeret piè viuendi prototypon. Ductor tribuum Isràél Moyses nudato ad senticetum ignitum calcaneo enixus, posthac inter populum AEgypti conuersatus, ob eximia contra superstitiosæ gentis perfidiam, miracula, stupescentis plebis meruit panegyrim, vt mirabundo asseruerint eloquio. Digitus Dei est hic. Pariter die hodierno

animaduerto Beatissimum Antistitem, soluto mũdanorum calceamento, proiectis arridentis fortunę compedibus, & quibusuis qui à terra & pedibus erant cothurnis, in Carmelitarum abijsse mõtana, ibiq; in tantas ematuruisse virtutes, in tanta pietatis succreuisse incrementa, & arcanæ cuiusdam Sanctitatis, vt meritum pridem sibi elogium à præsentis dictionis meę serie poposcerit, vectigaleq; orationis pensum requisiuerit, ad ea laudanda, ad quę imitanda accingi decorum est. Patieris interim Beatissime Antistes, audaci calamo me in Tua prorepere encomia, & tanquam Dei mediastinus Mystes ab Aris benedictionem, tanquam eiusdem Dei Præses Vicarius fandi copiam largieris, quemq; impullisti ad exordium, deduces ad epilogum Clientem Oratoremq; tuum.

Ante omnia humanorum consiliorum vota, ita diuinis votum est consilijs, vt quidcunq; in has vitales, satiùs mortales compareret auras, primitias suę geneseos ab Architecto mundi deduceret. Ita orbiculares cælorum sphærę, & protensi em-

pyrea-

pyrearum facum orbes, vniuersæq́; versatilium polorum rotę, insuper tota mobilium, motuumué machina, ab Omnipotente desumit initia, ipsiq́; primam imputat originem. Proijce quaquauersus sagaces intuitus, & ad rationis computum supercilio totam voca naturam, eminentem vbiq́;, & quasi per hæc creaturarum segmina sese venditantem cernes Authorem, occurentq́; tibi singuli, exesi seme, & à nimis quasi gibbosi decrepitę ætatis, pondere specus, occurrent magnorum fluminum redeuntia in se capita, & per sua semper spatia intumescentes riui; denique vt taceam infinita intermicante vbique Deitatis specie veneranda, lucus ipsi quietâ desuper horrentes vmbrâ, fidem præsentis faciunt Creatoris, & religionem à non vano spectatore eliciunt. Neq́; temerè ipsa etiam superstitio, dispertitū in suas portiones orbē ad varios velut auctores restrinxerat Deastros; hinc Naiâdas fluuijs, Panas campis, Faunos saltibus, Floras hortis, & magnum dein' grandiorum Numinum cuiuis loco adiungendo cathalogum;

quę vana delyrantis vetustatis commenta, ignara quod omnia vnius, ac eiusdem Dei opera, *omnia per ipsum facta sunt.* Est tamen aliquid quod ad eandem reuocari potentiam nō potest, sed absque diuino prodijt negotio. *Sine ipso factum est nihil.* illud inquam nihil, quomodo Doctores cōcipiunt, conscientiarum litura, peccatum. Hoc est ad quod diuinos dedecuit applicari digitos, quod semper abhorruit dextera Dei, sine ipso factum est. Ab hac gloriosissima Dei manu Beatissimum hodie induco Antistitem, felicē sanè, quem non incensæ iuuentę labilitas, non fucati terrenorum illiciorum casses, non inculta eremi tesqua, ad vllam ingloriæ demiserunt socordiam; per quidquid ī terris pariter leue ac stabile, honorū ac in glorium, illustre ac vile, per Maiestatem Episcopalis throni, per solitudinem eremi perrupit, sæpè victor, semper fortis, nunquam à seipso, & diuina degener dextera. Duo potissimùm in omni cuiusq;, præsertim iuuenilis ætatis tractu illicia, & quasi destinati quidam mortalium scopuli sunt, ad

quos

quos illi toties infamant, & viam, & vitam; fortuna & voluptas; quæ ita inter ſe mutuo innexa ſitu, vt viciſſim quaſi vterini fratres, indiuiſo coniugio ſeſe proſequantur, rariſſimeq́; ſeorſiuo paſſu, ac diſcretim degere conſpiciantur. Faciebant hæc vtraq́; fortiter contra Beatiſſimum, & metuendam iuuentuti eius monomachiam, in hac pugilaris vitę arena certabant. Prætendebat fortuna glorioſas gentis Corſinæ lineas, & generoſum per auitas propagines deductum ſanguinem, omneſq́ue patrias poſthumi iuris copias; quid cum natali ſplendori ſubderet excitamenta fluxa ætas, & illud nutantis commune naufragium adoleſcentiæ allicientes diſtenderet caſſes, vt credulam ætatem deciperet. Aderant ſoliciti luctæ ſpectatores parentes, & nimiùm mæſti de futuro euentu, expectabant, illaq́; quę teneros artus infãtilis balthei faſcia ad futurum inaugurauerat prælium progenitrix, quem primùm videbat, primùm deplorabat nutantem filium, mæroremq́; ante omnes exoluit oculis flendo, quę puerpera ante omnes ſo

mnia-

mniata imagine percussa videndo. Verùm non diu omnis ista fluctuantis iuuenis subsedit nutatio, non diu à ludicro, & lubrico mundi statu, generosum abstraxit animum, duoq́; illa lenocinia, vnus iste Horatius, velut ter geminos vno ictu aut vicit, aut vitauit, per aliaq́; non vulgaria vitam ædificare instituit commercia. Sed non decet tam grande facinus festinante prætergredi sermone, nobilissimamq́; hanc Beatissimi institutionẽ, in leues cursiuæ dictionis restringere limites. Verùm libet copiosioris linguę in deprędicandam eius abnegationem metipsius assurgere copia; nimium enim strictus essem, si spontaneam vitæ austeræ electionem, breui eloquentiâ circumscribere vellem. fluant hîc verba, còéant fusi periodorum ambitus, turgidaq́; oratio per insolitos decurrat oratoriæ suadę flores, vbi ad tantam tam Nobilis status Electoris appulit prudentiam. Criticus illius æui Seneca, corruptos castigans sui sæculi mores, ausus est dicere, Virtutem si venalis esset paucos habituram emptores. Sed olim hæc temeritas fuit; feli-

feliciora tandem obtigere ſæcula, quæ vnum hunc Beatiſſ: prætulere Iuuenem, qui ſpreto quantumcunque diuite patrimonio, contemptui ductis omnibus; per voluntariam commutationem terrena pro diuinis impendendo, mundi, qui fallax bulla eſt, citoq́; tranſiens, conuerſationi renunciauit; nè ſe aliquando, ſuperficietenus venientis cum abiret, deluderet ſpecie, cumq́; inchoare videretur, deſinere cogeret vitam; maturato itaq́; conſilio, feſtinatiſq́, votis, ad Carmeliticam cucurrit ſolitudinem, libertatem & de licias, nobilitatem & proſapiam, cæteraq́; quę eum detinere poterant, auguſto proiecit animo. Felix in hoc paſſu extitit, qui vitium non fecit, feliciterq́; cautus qui ad hanc Sirenem Vliſſeo more naufragium euitauit; ſiniſtrum cum mundo bellum, ſemperq́; etiam fortiſſimis periculoſum, & quod tutius eſt ſemper faciliuſq́; fugias quam fuges, excludas quam expellas. Seceſſiſti & Tu Sanctiſſ: ab hac communi omnium Scylla, è plano & lubrico ad Collem Monaſticũ pedem protuliſti, ne peccati lapſu cadere contingeret occaſiones delinquentium, conditiones fragilitatum

excluſiſti. Non eam tantum diuina dextera obtinet
panegyrim, nec ſolum perinde laudatiſſima Omnipo-
tentię perſonant ēcomia, cum deteſtabile inferorum,
attingere nec potuerit nec voluerit peccatum; verum
ſingula eaq́; omnia, quę in varias rerum formauit ſpe
cies, vndiq́; moderatorem extollunt Deum, quia *o-
mnia benefecit, viditq́; & erant bona.* perſimilem cē
ſeo nobis præſcriptum à Deo procedendi modum, vt
omnes quotquot Chriſtianę ſubcenturiamur familię,
natalibuſq́; thermis originalē expiamꝰ labem, omnes
læthales cauere reatꝰ, & bonas actitare geſtiones tene
mur. at quotuſquiſq́; in peſſima vt plerũq́; viuẽdi cõdi
tione cæleſtē āplexatur ordinationem, ſi nõ potius v-
trumq́; vitiando aduerſa vice & peccaminoſam degit
vitam, nec de meliore vnquam cogitat. Secus Bea-
tiſſimus noſter, qui verè diuinæ imitatus dexteræ mo
derationem, peſſima ſæculi deteſtatus deluſoria, re-
ligionem profeſſus, voto caſtitatis, paupertatis, & o-
bedientiæ, quę genuina bona ſunt, cælis litauit; ver-
ſus Deum oculos ſemper circumferens vidit quantũ
æternatura regna perituris antiſtarent, prætereunteq́;

oculo

oculo labilia hæc negligebat, in solo Agni Occisi à cōstitutione mundi vellere, diuitem se reputabat; iam tum præsentiens nullum bonum esse nisi quod sibi, in se, & ex seipso, pepererit; cætera aut fallacia, aut mutuo data, magisq; humana quam hominis. Minora hæc fortasse vidētur quę dicuntur de Beatiss: Præsule, procedit latius contemptrix mundi anima, exolutoq; initialis vitę prologo, maturiores attonito orbi exhibet actus. Ecquis autem non obstupescat per totum subsequentis vitę decursum obseruatum morem, vt altero quoq; die per interualla spontaneum sibi ipse indiceret ieiunium, & diuturna aliquando inedia, nobiliori edullio famelicum reseruaret gustum, minusq; mortalium ciborum reus, ad meliores Mammei Dei (ita à Chrisostomo vocitatur) delicias, innoxium transferret palatum; quis non miretur corporis domandi cilicia, villosos sagos, rudes pannos, ferreas catenulas, & plurima quę virtus cogitare potuit indumenta; quid orationes continuas, meditatione deuotas, noctes peruigiles, quid submissam animi humilitatem, Charitatem Herubicam, zelum diuini a-

moris Seraphicum, & longam virtutum recenſendo ſeriem, vt merito gloriari debuerit, Benedicti contjnentia, Laurentij robore, Stillitę ieiunio, Antonij vigilijs, Pauli raptibus diuinis, Petri & Ioannis amoribus, factus præcedentium ſanctimonię compendiū poſterorum exemplum. In nouam deinceps beatitudinis amplificationem, in noua ſurrigi cęptum eſt au gmenta; cum ad ſacerdotale euectus officium, aſſi ſtente Deipara initiatus ſacris, diuinæ victimę meruit eſſe oblator, & ad aras gratum pro vniuerſo offerre holocauſtum, toties vltimam Chriſti tragœdię repro ducere ſcenam, toties Incarnatum Verbum quo vno ſummus fæcundus ſimul, facunduſq; eſt Deus Presbyterali eloqui ore. Tot interim clarus diuinę virtutis or namentis, ad gubernacula Florentini Cænobij omniū conſenſu aſſumptus, adeo præclare exemplarem omnibus diutius geſſit dignitatem, donec ad altiorem Epiſcopalis honoris electus eſt curulim. Libens vtiq; cauiſſes Tibi Beatiſſ: ab hoc ſupremo in Hierarchica Eccleſia primatu, omnimodeq; Tua ſubtraxiſſes à dignitate, dum tot aliena militarent tibi pro dignitate

vota,

vota, nisi institisset cunctanti miraculosè ore triennalis ephebi elocutus Deus, & electum sui Mysten cōfirmasset. Nec vero mutauit in Beatis: noua dignitas veterē pietatem, idem cōpertus est esse, qui fuit, nihilq; illi nunc per fortunam licuit, quod antea per voluntatē nō liceret; qui in tantam licet euectus mttēm, nū quam elatus, nunquam minorum naùseabundus, ita dignitatem retinuit vt dignationem omnibus cōmunicaret suā, ita præfuit vt proficeret diœcesanis. Quis enim in Fesulana vrbe & in toto diœcescos tractu tā extremè abditus esset, ad quem beneuolentiam nō extenderet? quis tā peregrinus, quem aut pietas, aut gloria saltē miraculorum nō impleret? quoties per hos viginti pænè annos totę interdum pauperum Myriades, ab vno largientis Episc: pependere beneficio, vt erogatis aliquando omnibus, plerosq; miraculosè pascerct mendicos, quoties morbidos & vltimę iam necessitatis instanti legi concessuros pristinæ restituit sanitati, quoties prophetico plen9 spiritu secuturos prędixit euentus; demum quoties vel durissimę peccatorum mentes, ad vnam flexaminę cohortationis per-

ſuaſionē velut cera ad diſperſos radios colliquuere. nouum ſi è meo ſenſu dicere liceret indigitarem Amphionem, qui etiā ſaxea permouendo corda ſuſcitabat de lapidibus filios Abraham, & de petroſo ædificabat æternarum Thebarum muros, in quibus Incarnatus ipſe Deus lapis angularis eſt. O quam felix ſæculum, aureis ſignandum elenchis! ætas glorioſiſſima, digna quę in cōputum ætatis Chri venerit, ſemeſtres feliciſſimę quę meruerunt vt in annales Antiqui dierum Lōgęui Dei inſeri potuerint; quę Tanti Sancti puerperio ſterilitatem parentum fæcundauêre; qui ſupparem quadantenus ſupremo Numini degendo vitā, æmulam diuinitatis imitando beatitudinē, ſedulò vitia abominatus, nullâ vnquam puritatem conſcientię taminauit labe; nec participatā ſimilitudine diuinitatē alijs ſubinde obliterari vſibus paſſus eſt; ſed peruigile ſemper virtute, ſuperſpersā hanc mortali puluere Dei iconem ad quotidianam exigendo limā, monente Paulo conformem fecit imagini Filij Dei. Tandem poſt multa pietatis ſpecimina, pleroſq; circa ſuā & ſuorū, exantlatos labores, conſcientias, generoſam illā fundi a-

di animam, tôtq; feruens pectus ignibus Entheis, superueniente fato gelari, necesse fuit; vt septuagesimus ille senex satur annorum & virtutum, exacto diutino in corpore, Dei seruitio, in cæleste immigraret reclinatorium, Bmsq; ille genius mortalitatis ergastulo exolutus, ad prēmetatam ab Elia & Eliseo, Dionysijs & Hilarionib9, Cyrillis & Anastasijs, Brocardis & Albertis, Petris & Angelis, & lõgo præcedentiũ Sanctorum ordine, præoccupatã sedem, ad cælestia Capitolia cõspi cuus debitã Mttem inferret. expectabat patula cæli Curia, expectabant vniuersi ãteambulones, quos ille aut p lauacrum obtulerat, aut per vltima sacramenta præmiserat, vt ad æterna ꝓcessuro Augustalia debitus iuxta circumstaret comitatus; Progressa est obuiã ipsa Reginalis Mttas Virgo Beatiss. cum assistentibus beatarum mentium aligerorumq; spirituũ cohortibus, capacemq; cælorum Beatiss. animum prædux, felice exitu pedissequũ ad cęlestia præsentauit adita, & purpuratum hunc Mystam grauescente lassatum ætate, in circum viginti quatuor Seniorum, Mattem thron flexo poplite venerãtium nouum inseruit Seniorem

nouun

nouum hospitem. Sed satis sit, iam enim sub tot elogiorum deprehensus mole calamus sub pōdere fatiscit, imparemq́; se tanto oneri Atlantem, & temerariū non nihil Icarum, per imensum laudum oceanum resoluto calamo eluctari præsumentem, in arcanę cōsci entię contractus latebras castigat, & proximum hunc Dei assessorē submissa veneratione magis quam ora tione prosequitur. magna enī hæc eius panegyris est, quod à nobis laudari nō possit, grandis vel in terrestri albicante paludamento, grādior in Præsulea purpura labor, quid cum ad cælestia, & illustrem illum, in serie vestitorum albis, reflecto amictum? quātascunq́; hipotiposes nostra attentaret prædicatio, nunquam ad eam ad quam dignitas sanctitasq́; eius, deueniret celsitudinem; Taciturnum itaq́; & cui plus insit operis quam oris, sanctitati Tuę Pater Beatiss: deuoueo obsequium, de genuq́; officiosus, sui ipsius & totius religionis in hac statione, cum necessitas manum iniecerit, Te Tutelarem expostulando Patronū, summo & vltimo veneror silentio DIXI.

§. 60.

Aliæ malitioſæ actiones, quibus res alienæ corrumpuntur aut deſtruuntur pro civilibus delictis habentor, ac ſecundum menſuram malitiæ & damni dati duro aut mitiori carcere ab uno menſe uſque ad unum annum vindicantor.

§. 61.

Tertius caſus: ſi quis abſque prævia legitimi ſuperioris notitia, atque conceſſione hominem dolo, vel ſi eo fine in ſuam poteſtatem redigit, ut eum invitum ſive extraneæ, ſive etiam intra territorii limites illegitimæ poteſtati dedat.

§. 62.

Hoc caſu pœna duri carceris a quinque uſque ad decem annos ſtatuitur, quæ ad viginti etiam annos prorogari poteſt, ſi interceptus de vita aut libertate perpetuo perdenda periclitabatur.